

por. Schultz Georg. Nova Pol. *) ○ (* mic. 1728. 1. 1 I

M. 8. 8^o COMITIORVM POLONICORVM

Grodnae, A. cl. lcccxxvi. habitorum

RECENSIO PLENISSIMA,

e Gallicis, Lipsiensibus aliisque Novis publicis
collecta,

et

Historicis, Geographicis, ac Genealogicis

ANNOTATIONIBVS

illustrata.

Rege Poloniarum, inde a XIII Cal. Octobr. Grodnae,* 19 Sept.
praesente, Comitibus,** prout constituta ante, ac
A univer-

* Grodna, ligneis maxima parte domibus constans, e principibus Lithuaniae urbibus una, ac in Palatinatu Trocensi, ad fluvium, Niemen, sita, a Vilna, primaria Ducatus totius urbe, lapides recessit viginti, defenditurque castello, vicinae rupi imposito, quod Stephanus Rex, venandi commoditate eo allectus, ibidemque saepe retentus, extruxit. Juxta urbem Sigismundus III. fluvio, Niemen, pontem imposuit, omnibus per Poloniam pontibus pulchriorem. Inter aedes ceteras Collegium, erudiendae juventuti, a Jesuitis conditum, eminet. Connor in der Beschreibung des Rönigreichs Pohlen / Th. I. p. 376. (Multa tamen hodie in eo loco mutata.) A. praet. Saec. LV, urbem occuparunt Rusi, praedamque ab ea fecere. Allgemeines Historisches Lexicon Tom. II. p. 495.

** Locus Comitiorum erat olim in arbitrio regnantis: Post haec, A. M CCCCXIII, constitutum, ut Lublini aut Parczowiae haberentur. An. MDXL. Petricovia pro iisdem celebrandis electa est. Tandem vero, cum (arctissima
Lithua-

2
28 Sept. universalibus litteris * indicta erant, iv. Cal. Octobr.
inchoabantur, caerimonia sequente.

Rex,

Lithuaniae cum Polonia conjunctione, in Comitibus Lublinsibus, M DLXIX. facta) *Lithuani longius distarent, in gratiam illorum Varsavia, in medietate Regni sita, Comitibus celebrandis lege definita est. Non habentur autem Comitibus Varsaviae, si causa legitima aliud suaserit: ut aegritudo Regia, Sigism. A. MDXL. obsidio, vel pestilentia. Sic tempore Sigism. Augusti etc. Nic. de Chwalkowo Chwalkowski, Jus Publ. Regn. Pol. Lib. I. Cap. VIII. §. IX.* In quali tamen translocatione Comitiorum, Senatorum utriusque nationis suffragia requiruntur. A. p. f. LXXIII, Michaelis imperante, in vim legis perpetuae constitutum, ut in posterum tertia quaeque Comitibus ordinaria, in urbe M. D. L. Grodnensi; duo autem reliqua, nec non convocatio ordinum tempore interregni, atque Electio, Varsaviae peragerentur; Comitibus Coronationis Cracoviam translatis. Post constitutionem istam, prima Comitibus ordinaria, A. p. f. LXXVIII, sub Joanne III, Grodnae habita; A. p. f. LXXXV vero, cum rursus Grodnam tangeret ordo, Comitibus nihilo minus, propter bellum Turcicum, Varsaviam indicta fuere; sequentia autem, A. p. f. LXXXVIII, et tertia ab istis, A. p. f. XCIII, omnino Grodnae; postea, ad annum usque h. f. XVIII, nulla ibidem celebrata. Praesentia igitur quinta sunt Comitibus Grodnensia; prima, A. p. f. LXXVIII, integra; secunda, A. p. f. LXXXVIII, rupta; tertia, A. p. f. XCIII, irrita; quarta vero, A. h. f. XVIII, iterum integra fuere; *Braunius, de Juribus regnandi fundamentalibus in Regno Polon. p. 73. sq. ubi et Catalogus Comitiorum in Polonia omnium.*

* *Universales litterae in Polonia denotant litteras Regias, in forma patente et publice scriptas, quibus Rex, Comitibus indicturus, caput deliberationis tempusque statum, Palatinis omnibus significat, quae tamen litterae hebdomadibus sex Comitibus praecedant, secundum Constitutionem, A. p. f. XIII. Per praeconem autem publicantur, ac postea portis urbium, templorumque januis adfiguntur. Comor, lib. cit. Part. II. p. 499. (Quod ad Prussiam in specie attinet, ad Palatinos singulos singulae expediuntur Universales Litterae, Latino idiomate, ut*

Conventus

3

Rex, e palatio Sapiehano, per aream magnam, ad templum primarium, pedes se conferebat. Praecedebant Nuntii Provinciales omnes; * Senatores etiam et civilis et sacri ordinis, nec non *Primas* Regni; proxime denique *Mareschalci* cum scipionibus erectis. Regem ipsum *Archi-Camerarius*, sive *Camerarius* Coronae; ** *Referendarii*, Supremus cohorti praetoriae, quae mille et ducentis constat capitibus, praefectus; praefecti militum alii; reliqui ad comitatum aulicum spectantes, et postremo loco custodes Regii corporis viginti quatuor, sequebantur. Inde a janua templi ad solium usque Regium

A 2

Conventus particulares praefigant; Aliae etiam binae litterae, sed Polonico scriptae sermone, ad Varmiensem et Culmensem Episcopos mittuntur. Chwalkowski Lib. I. cap. VIII. §. 3. p. 179.) Ceterum Supremorum militiae Ducum ad exercitum mandata, per Universales quoque litteras publicantur: Jablonski in Lexico der Künste und Wissenschaften/ p. 825.

* De Nuntiis Provincialibus egit *Auctor der Historisch-Geographisch- und Genealogischen Anmerkungen über die neueste Zeitungen von A. 1724 p. 332.* (Notandum praeterea: Nuntios Provinciales omnes non quidem numero certo exprimi in Relatione praesente; si tamen ex omnibus provinciarum cunctarum Conventibus particularibus missi ad Comitata Nuntii una adessent aliquando, numerum ducentessimum paene implerent, computatione per cunctos Palatinatus, horumque districtus, facta, secundum indicem *Chwalkowski, l. c. lib. I. c. VIII. §. 2. 175. 179. et p. 186.)*

** Hunc Gallicae quidem Amstelaedamenses Relationes ordinariae Num. LXXXV, ex quibus recensionem caerimoniae hujus accepimus, appellant: *Grand Chambellan de la Couronne.* Nescio tamen, utrum inter officiales regni majores ullus hoc titulo reperiat. Sane neque Hartknochius ejusmodi *Camerarii* mentionem, neque Connor, in recensione officialium regni faciunt.

4
gium transitus a Regii corporis custodibus, duplici serie locatis, utrinque stipabatur. Sacris peractis, Rex ordine eodem, in Palatium revertebatur. Nuntii autem Provinciales, cum Marechalco suo, * in adsignatum sibi

* *De Marechalco Nuntiorum Provincialium, de electione ejusdem, dignitate atque auctoritate pluribus egit Auctor der Historisch-Geographisch- und Genealogischen Anmerkungen / über die neueste Zeitungen von A. 1724 p. 346 sqq. Quia autem in Comitiiis, quae*
2 Oct. Postrid. Cal. Octob. A. h. f. xxiv Varaviae inchoabantur, finiebantur-
13 Nov. que Ipsis Id. Novemb., per Constitutionem, quam *Lettres Historiques*, Tom. LXVII p. 29 continent, Grodnam translata sunt Comititia praesentia, sub eodem Marechalco, iisdemque Nuntiis Provincialibus habenda, jam novum eligere Marechalcum opus non fuit, quemadmodum alioquin fieri solet, statim sub initium Comitiorum. Quapropter illustri munere hoc fungitur adhuc Comitiorum ante limitatorum Marechalcus, gente Potocki, et quidem frater Potocki illius, qui de Principe et Episcopo Warmiensi, A. h. f. xxii, Archiepiscopus Gnesnensis et Regni Primas factus est. Ceterum Marechalcus ipse civili munere clarus est, et Coronae Referendarius. (De Referendariis autem ita *Chwalkowski*, Lib. I. c. VII §. 9. p. 163 sq. Referendarii Regni et M. D. L. quorum utrobique vnus spiritualis, alter secularis est, nomen a referendo acceperunt, quia referunt Principi desideria supplicum, et mandata Principis, sive sacras iustiones, insinuant. Habent illi eam praerogativam, quod, licet non sint ordinis senatorii, in Judiciis tamen Relationum, cum Senatoribus assideant, votumque suum expediunt, ac sententiam Regiam partibus litigantibus annuntiant, illiusque contenta Notario Decretorum extradunt. Constitut. M. D. L. Habent illi iudicia de colonis, et glebae in bonis regalibus adscriptis.) Add. etiam Comor, L. c. Part. II p. 492. Gens Potockiorum vero, jam inde a xiv saeculo, in Palatinatu Cracoviensi potissimum, magna et clara existit. Ex familia hac nonnulli Palatini Braclavienses, alii munera alia, non minus illustria gessere, de quibus *Sim. Okolski Orbis Polon. Tom. II. p. 400 sqq.* In Novissimis Varaviensibus Comitiiis, praeter Referendarium, e familia Potockiana, quatuor Nuntii Provinciales fuere praesentes. Duo nempe

5
fici atrium, * se conferebant. Initium oratione eleganti fecit *Mareschalcus*, qua, pro adhibita usque cura, saluti publicae intenta, proque praesentia, per quam Magnus denuo recrearetur *Ducatus* Lithuaniae, debitas Regi persoluit gratias; gratulatus non minus Nuntiis omnibus praesentium Comitiorum felicitatem & fortiter una contendens, ut illi a Rege proposita rectius pensitent, sententiasque suas pro salute Regni proferrent sincero animo; votum addens: ut haec saltem Comitium secundissimo eventu non carerent: ** Regem denique adirent salutatum, osculoque dextrae Regiae perfruerentur, *** adhortatus est.

A 3

Post-

pe e Palatinatu Belscensi, quorum alter *Excubitor* M. D. L., alter *Capitaneus* Berensis; tertius e Palatinatu Chelmenfi, qui et *Notarius* Regni; quartus e Districtu Haliciensi, qui in Russiae Rubrae Palatinatu situs, ubi is et *Capitaneus* est. Vid. *Europaeische Fama*. P. CCLXXIX p. 217.

* Locum, qui Nuntios Provinciales capit, atrium libertatis, officinam legum, appellat *Chwalkowski*, lib. I. cap. VIII. §. 22. p. 194 ubi etiam p. 189 sqq. inscriptiones Grodnenses, recenset, alteram ad fores Curiae Senatorum, alteram ad conclave Nuntiorum Provincialium, quas an. M DCLXXVIII, mense Xbri, circa inchoationem Comitiorum, Die XIV. *Christophorus* Pac, Cancellarius M. D. L. denis bis vicibus ad Comitium Nuntius, *Brestae* *Mareschalcus*, officioso in Patriam cultu fuscitavit: ut ipsa habet inscriptio ad fores Curiae Senatorum.

** Undetrigesimus annus est, ex quo gubernaculis Reipublicae Poloniae Rex, Augustus II, admotus. Interea temporis, si actum Coronationis exemeris, usque ad praesentia, duodeviginti Comitium habita quidem, sed majori parte irrita, siquidem praeter octo, reliqua turbata fuere omnia ac eventu frustrata: *Braun. l. c. p. 77 sq.*

*** Cum *salutatione* Regia ita comparatum. Nuntiorum
Pro-

Posthaec * Lanckoronae *Capitaneus*, Nuntius Prov. Oswiecimensis, ** alique in novissimis conventibus

pro-

Provincialium *Mareschalco*, sub initium Comitiorum ordinariorum, rite electo, salutatio Regia a Nuntiis Provinc. decernitur, ubi tunc commodum sibi tempus Rex definit. Nuntii Provinc. omnes in Curiam Senatorum inducuntur a *Mareschalco* suo, qui Regem salutat oratione solenni, praesentiamque Regiam sibi gratulatur et reliquis. Regis nomine, si Comitiam in Polonia, Polonus; sin in Lithuania, Lithuanus respondet *Cancellarius*, sive *Pro-Cancellarius*; atque tum recens Nuntiorum Provinc. *Mareschalco* primum, post Nuntii singuli, ordine eo, quo nomina ab isto recitantur, ad osculum Regiae dextrae admittuntur. Hoc peracto, Senatoribus praesentibus sedentibusque, quorum tergis Nuntii Provinc. stantes imminent, deliberationis futurae capita, Regis nomine, proponuntur, et quidem Regnum spectantia, a *Cancellario* Regni; *Ducatum* spectantia, a *Cancellario* M. D. L. Hartknoch, de Rep. Pol. lib. II. cap. VI §. 13. p. 674. Solet etiam salutatio Regia aliquanto serius interdum fieri. In Comitibus, VI Non. Octobr. an. h. f. xviii, inchoatis, Rex salutabatur VI. Id. Octob. In Comitibus proximis Varfaviensibus, A. h. f. xix circa exitum Decembris coeptis, et, Februario mense sequentis anni, ruptis, nulla, prout nobis innotuit, contigit salutatio. In Comitibus, Prid. Cal. Octobr. A. h. f. xx, Varfaviae incipientibus, ac Ipsis Non. Novembr. denuo irritis, idem accidit; ubi etiam nequidem *Mareschalco* novus electus fuit. E contrario, A. h. f. xxiv, nudius tertius post initium Comitiorum salutatio Regis peracta.

* De primae hujus Sessionis actis pluribus, vid. *Leipziger Zeitungs-Extract* an. huj. p. 163, e quo haec nostra excerpta sunt, quanquam relationes aliae in quibusdam dissentiunt.

** *Oswiecimensis*, terra, in *Palatinatu* Minoris Poloniae Cracoviensi sita, *Ducatus* dicitur, (quem *Janusius*, *Dux* et *Dominus*, *Casimiro* IV. Regi Polon. pro quinquaginta millibus grossorum Pragensium, an. MCCCCLVII vendidit: ex *Przylyfio*, *Chwalkowski*, lib. IV. cap. III. p. 473.) Praeest *Ducatus* hodie

7

provincialibus electi Nuntii, et *Mareschalcum* more con-
sveto salutabant, et Regi pro Universalibus litteris, quas
districtibus suis recentes * indulsisset, gratias agentes,
in atrii Nuntiorum Prov. cum Curia Senatorum con-
junctionem concordibus consensere suffragiis. *Capita*
neus autem *Opoczynensis*, ** *Malachowski*, persistebat
in eo: non posse se, quia Comitata ordinaria, proximo
die Lunae, denuo inchoanda jure, *** neque Nuntii
iidem

hodie *Castellanus*. Urbs primaria in eodem ligneis constat domibus,
ejusdemque generis arce. *Vistulae* adjacet in solo plano, inter pa-
ludes, non procul a *Silesiae* finibus, et *Cracouia* aditur lapide septi-
mo. *Comor l. c. P. I. pag. 289.*

* Comitata praesentia, quia *limitata* tantum sunt, a Nuntiis Pro-
vincialibus proximorum Comitiorum, denuo frequentantur; qua-
propter in eos tantum *Palatinatus* nunc missae *Universales* litterae,
in quibus conventus minores rupti, adeoque Nuntii nulli ante ele-
cti ac missi fuere. *Lettres Historiques Tom. LXX, p. 20.*

** *Opoczynensis* terra nnum constituit ex octo Districtibus, in
quos *Palatinatus* *Sandomiriensis* distinguitur: *Comor, l. c. p. 296* (qua-
les districtus septem tantum nominat *Chwalkowski lib. IV. cap. III. §. I.*
p. 474.) Nuntius autem terrae ejusdem in *Varsaviensibus* jam fuit
Comitiis.

*** *Bienniis* singulis *Comitata Ordinaria* conscribere Rex legi-
bus Regni obligatur; ut sunt *Constitutiones*, sub *Stephano*
MDLXXVI, et *Sigismundo*, *MDXCI*. allegatae ap. *Chwalkow. Lib. I.*
c. VIII p. 192. Quanquam, aut inferi interdum *Extraordinaria*, aut
differi longius *Ordinaria* possint. Nam sub *Sigismundo III* ab
A. MDLXXXVIII ad *A. MDXCIII* quotannis una erant *Comitata*;
quin *A. MDXC*, et *A. p. f. XIII* et *xxvi*, *Comitata* bina per annum
quemlibet. Sub *Uladislao IV* similiter, singulis fere annis una
immo

8
iidem in Comitiiis duobus adhibendi, * adeoque praesens tantum dies praesenti consultationi superesset, postea vero *activitas* Comitiorum, in praesens resumtorum, desineret, in prorogationem Comitiorum praesentium consentire; sed permanere se in ea sententia, ne, si forte adendus Senatus, alium in finem id fieret, quam ut Regi vale diceretur. Samogitiae Nuntius Prov., ** Eperias, sententiae eidem adeo adhaesit, ut, se ab eadem nequaquam discesurum, declararet.

Suffragiis duorum istorum contra nitebatur Karwowskius hac quidem ratione: quod Nuntii Prov. ipsi, in novissimis Comitiiis Varfauiensibus praesentes, in *limitationem* consensissent, et quod Comitiae Ordinariae,
in

immo A. p. f. xxxv, bina; et A. xxxvii. totidem, habita sunt; id quod sub Joanne Casimiro etiam saepe accidit, Saeculo Joannis III rariora interdum fuere Comitiae, nempe ab A. p. f. LXXVIII, ad A. LXXXI; nec non ab A. XC, ad XCIII. Tempore hodierni Regis Augusti, ob disfidia interna, ab A. h. f. xii, ad A. xvii, Comitiae nulla. Conf. *Braunii Catalogus Comitiorum*. Postrema autem Comitiae Ordinariae, Prid. Cal. Octobr. A. h. f. xxiv Varfauiae caepta sunt; ac proinde Lunae dies, post sessionem primam, ultimus erat biennii completi.

* Quanquam ad singula Regni Comitiae alii atque alii, in conventibus provinciarum particularibus electi, mitti soleant nuntii; attamen A. h. f. xii Comitiae Varfauiae habita primum ita limitata fuere, ut, eodem *Marescalco*, iisdemque Nuntiis Prov., absque conventibus particularibus, reasumerentur; id quod A. h. f. xviii iterum, et A. xxiv tertium contigit. *Braun. l. c. p. 83.*

** In Novissimis Comitiiis Varfauiensibus, quia conuentus particularis ibidem ruptus, e Samogitia Nuntius Prov. praesens non fuit. *Europaeische Fama Part. 279 pag. 219.*

in proximum festo Michaelis diem Lunae incidentia,
sine vlla juris laesione, quod ordinem alternum Lithua-
nis tribuit, post biennium, Grodnae rursus haberi pos-
sent. Suadebat porro Nuntiis Prou. ut ad Regiam salu-
tationem se conferrent, ac Senatores, vtpote qui aliquot
jam per annos caruissent publice agendi auctoritate, au-
dient; * siquidem ad curas, saluti communi intentas,
omnino pertineret, consilia Senatus sententiasque per-
cipere; praeterea etiam variae Constitutionum formae
conceptae; vt et colloquiorum, cum Ministris extra-
neis habitorum, relationes, ad Comitata in praesens re-
assumpta, ** dilatae essent. Iudicio quoque conuentus
generalis pensitandum proposuit: an, cum Nuntiorum
Prou. interesset plurimum, de iis, quae in publicis cau-

B

sis

* Comitata Polonica *actiuitatem* suam amittunt, si, vel requisita a
legibus Regni desiderantur, vel aliquis e Nuntiis Prou. contra Co-
mitata intercedit. His enim in casibus iure nihil decerni amplius
potest. *Hübners Reales Staats- und Zeitungs-Lexicon*, p. 22. (vel ut
Chwalkowski l. c. p. 198 explicat: *Si aliquis Nuntius protestando recedit, tunc*
ceteri omnes, quousque non reuertitur, passim se habent, et actiuitate carent.) Quod
autem Senatores aliquot per annos auctoritate, seu *actiuitate*, caruisse
dicuntur, ita forsitan accipiendum: inde ab A. h. f. xviii, exceptis
postremis hisce, jamque *limitatis*, Comitata nulla tam diu durasse, vt ad
Patres transferri, i. e. vt Nuntii Prou. Senatorum curiam adire, potue-
runt. Vel respicitur hoc ipso ad eam, quae A. h. f. xx contigit, Nun-
tiorum contradictionem sollennem: ne nempe Senatus, ante Co-
mitata noua, in publica, seu Rempublicam spectante, causa, quicquam
cum Rege concludere auderet. *Braun. l. c. p. 87.*

** *Reassumpta* dicuntur Comitata, quoties, *limitatione* praecedente,
alio statoque tempore continuantur.

sis haecenus peracta, probe pleniusque informari, consultum satis videri posset, Comitiam modo reassumta, primo statim die finire, ac postea, sine publica, de causis variis magnisque, praesertim de iis, quae cum extraneis aguntur, consultatione, et sine rerum domesticarum aequae grauium consideratione, biennium integrum frustra transmitters. Tandem augmenta exercituum commendabat, consilium addens hoc: ut termino certo Comitiam haec reassumta circumscriberentur. In quam sententiam ceteri quoque Nuntii ibant, mentionem praeterea facientes causae Curlandicae. * Verum dissentiebant Matachowski, ** et Eperias; vrgebatque posterior, vt, horum reassumtorum loco, Comitiam haberentur Paludata, *** vel alia Extraordinaria. Camerarius et Regens Coronae, laudabant quidem contentionem

Ma-

* De Curlandica causa agetur postea pluribus.

** Nomen istud varie refertur. In der Europaeischen *Fama* Part. 279 pag. 217, Malachowski scribitur; contra, im *Leipziger Zeitung*: *Extract*: Matachowski. In *Okolskii Orbe Polono*, Tom. II. p. 259, in familia Nalecz, quidam leguntur Malochowskij. Est autem praefens iste, vnus e Nuntiis Palatinatus Sendomiriensis.

*** (Comitia, vel Togata sunt, vel Paludata. Illa frequentia, haec vero, quando interdum Status, militari manu stipati, conueniunt, vti A. M. DLXXXVII, electuri Regem, et A. M. D. XCII. inquisitionem facturi. Similiter A. M. DCVII, Rex Sigismundus III, et Rokosiani, ad Comitiam armati comparuerunt. Rokos, autem, vulgatum nomen est, et tessera gentis Polonicae, qua audita, omnis, qui censetur iuris et status nobilis -- ad communem concurrentis Nobilitatis coetum venire poenis grauioribus obligatur: Ex *Piascio*, *Cbwalkowski*, p. 186 sqq. Add. *Hartknoch Rep. Pol. Lib. II, cap. VI. § I.*)

Matachowskii; rogabant tamen, vt sententiam suam conformaret ceteris. Ceterum Nuntii Prou. vltra horae spatium secum invicem, hac de re, priuatim deliberantes in hoc tandem consensere: Constitutio ante omnia conciperetur, confirmans nempe, ne Comitia in praesens reassumta alterno ordini Lithuanico obessent, sed ut haec postrema, intra biennium, quod a praesenti tempore fuit, hic loci haberentur, limitationibus Comitiorum posthac sublatis. His peractis, se ad Regem, futuro die Lunae, salutandum se collaturos, decreuerunt, adque suffragia Senatorum audienda. In eum itaque diem sessio hodierna limitata fuit.

Tertio Calend. Octobr. tanquam Solis, die, post 29 Sept. sacra, reliquum diei mutuis salutationibus absumere Proceres. Quin etiam congressus, quibus oblectamenta conuiuialia addi solent, ea die coepere; quales in Aula Regia bis, per hebdomadam quamlibet, Solis et Jouis diebus, Comitiiis durantibus, repetentur.

Postero die, Prid. Cal. Octobr. *Sessio secunda* incho- 30 Sept. ata fuit. Initio Mareschalcus iis, qui Constitutioni concipiendae in prima sessione contradixerant, ob ad sensum in praesente declaratum, gratias persoluit; post inuitabat Nuntios a salutationem Regiam, addens: jam, quae, praeterito Saturni die, desiderata esset, Constitutionis, tam Comitia futura alterno ordine habenda, quam praesentium reassumtorum limitationem concernentis, formam paratam esse, ac conuentui praelegi posse.

Verum Karwowskius, in formam praelegendam consentire noluit ante, quam firmiter decreta esset Comitiorum praesentium duratio. Duplicem pariter Comitiorum naturam explicabat: quorum nempe Ordinaria, sex; Extraordinaria autem duas requirebant hebdomadas; * contra de limitatis Comitiiis nihil certum esset.

* Tam Ordinariorum, quam Extraordinariorum Comitiorum duratio saepius mutata fuit. Sigismundi I, et Sigismundi Augusti, temporibus, Comitium frequenter in quartum, quintum, et sextum protraherentur mensem. Henricus A. MDLXXIII sex hebdomadibus Comitium circum scripsit, quem morem postea Stephanus, Rex, A. ej. f. LXXVI et Sigismundus III A. ej. f. XCI confirmarunt. Concordibus tamen Ordinum omnium suffragiis, aut prorogari, aut contrahi poterat terminus iste, prout res publice peragenda poscerent permitterentur. Et licet, Constitutione A. p. f. xxxv, tam prorogandi quam corripendi potestas tolleretur, seruari tamen constitutum hoc non potuit, uti experientia ipsa, nec non Constitutiones A. p. f. XLII et XLVII testantur. De Extraordinariis Comitiorum duratione, multae quidem ac variae extant Constitutiones. Olim, Ordinibus ita consentientibus, duas vel tres hebdomadas non excessere; post autem, ut sesquimestre tempus impleant, Ordines ipsi postularunt: Quin ad Comitium Extraordinarium, quibus Vladislaus IV A. p. f. xxxvii hebdomadas duas destinaverat, Poloniae Majoris Ordines nullos misere Nuntios, ob solam rationem, quia terminus nimis arctus esset: quapropter A. eodem conclusum, ut, si quando Extraordinaria Comitium exigeret necessitas, ex Senatorum utriusque nationis consensu, ea non in duas vel tres, verum in sex hebdomadas, indicerentur. Nihilominus, anno proxime sequente, Ordines in hoc consensere: liberum posthac esset Regi, Extraordinaria hebdomadam duarum Comitium indicare, quae tamen minus sollemnia essent, carerentque jurisdictione causarum priuatarum, exceptis iis, quae ad Fiscum spectarent. Sed, A. p. f. XLVII,

esset. Siquidem, Comitibus Grodna Varsoviam translatis, * sperassent omnes, ea quatuor hebdomadas non excessura; verum, per trimestre integrum, nihil publice peractum fuisse; et quanquam Nuntii omnem mouissent lapidem, in cassum nihilo minus abiisse conatus, cum temporis impendiorumque iactura.

Gazfiorowski, *Capitaneus* Radziliowensis, Nuntius e *Palatinatu* Cracouiensi ad Comitibus haec reassumpta missus, postquam Regi, pro salutis publicae cura, gratias egerat, ac humanitate multa uniuersum salutauerat Nuntiorum conuentum; postulabat, ut formae istius conceptae

B 3

ceptae

XLVII, Extraordinaria hebdomadam trium Comitibus habita sunt, iudiciis consuetis non carentia. A. p. f. LXXVII Nuntii ipsi apud Regem instabant, ne Extraord. Comitibus hebdomadas duas excederent: Non autem causae omnes tempore tam angusto expediri poterant. *Hartknob, Rep. Pol. lib. II. cap. VI. §. 3. p. 637. Chwalkow. L. I. Cap. VIII. §. XI. p. 193.*

* Factum hoc est, A. h. f. xviii, quo Comitibus, V. Non. Octob. 3^o Grodnae coepta, Postrid. Idus. Nov. per Constitutionem limitantur 14^o Nov. hunc in modum: ut omnes, in istis conceptae Constitutiones, ratae haberentur, expedirentur, ac vim legum fundamentalium, constanterque seruandarum, haberent, etiamsi Comitibus, post reassumpta, forte rumperentur; ut etiam in arbitrio Regis positum esset, tempus Comitiorum reassumendorum locumque designare, et quidem Marschalco veteri, Nuntiisque iisdem, manentibus. *Europäische Fama, Part. 221. p. 364.* Equidem reassumebantur ea Varsoviae III, Cal. 30^o Dec. Jan. A. h. f. xix, verum, per hebdomadas octo continuata, Nuntiorum quatuordecim contradictione, viii Cal. Martii, A. h. f. xx. 23^o Febr. rumpebantur sine euentu. *Preussische Fama, A. h. f. xx. p. 150.*

ceptae praelectio maturaretur; Rexque, saluo tamen regressu, * adiretur, rogareturque terminus, Comitibus his praefigendus. Hoc enim non definito, quicquam aliud iuscipiendum permittere volebat. Comes Ossolinski **

Curiae

* *Saluus regressus* est, dum, ante introitum in Curiam Senatorum, Nuntii paciscuntur, ut sibi liceat atrium suum repetere, si forte quid in Curia acciderit, consultationi suae aduersum.

** *Ossolinskiana* gens et *Comitibus*, et Principibus clara atque illustris, nomen repetit ab oppido, Ossolin, in Sendomiriensi Minoris Polon. *Palatinatu* sito, e domo Starza, siue Topor, quae una cum Lecho in Poloniam venit, oriunda. Parens illustrissimae familiae et conditor, Zegotha, A. MCCLXXXI *Palatinus* Cracouiensis et Supremus exercituum Regni Dux generalis fuit, Filios is genuerat aliquot, quorum natu secundus, Nauogius, *Comes* de Praegin, et *Palatinus* Sendomiriensis A. c16cccxix, arcem, Tenczin, exstruxit, tresque reliquit filios; quorum natu maximus, Andreas, familiam Comitum Tenczyniorum condidit, quae circa saeculi xvii medium, extincta; natu minor, Jasko, siue Joannes, familiae Ossolinskiae conditor extitit, quae simul titulum *Comitum* Tenczyniorum assumpsit; natu minimus autem, Janusius, sine heredibus decessit. Familia haec inter Sacri Romani Imperii *Comites* a Carolo V, Imperatore, adlecta est, dum A. c16xxvii, fratres duo, et patruelus quatuor gentis ejusdem, heroës se contra Turcas fortissimos praestiterant. Urbanus viii, Pontif. Max. Georgium Ossolinski, Sendomiriensem *Palatinum*, et, post Legationes ad Pontificem, Caesarem, Rempublicam Venetam, Aulam Florentinam, et Conuentum Imperii Ratisbonensem, absolutas, Regni Cancellarium, absentem tunc atque inscium, Ducem in Ossolin, declarauit, diplomate sane praecclaro. Ferdinandus II autem, Imperator, inter Imperii Principes locum eidem attribuit, de quo honore duplici, totidem diplomata, in *Okolskii*, *Orbe Pol.* Tom. III. p. 42 *sqq.* leguntur. Ex Auctore eodem patet quoque, nullam paene dignitatem in Polonia inueniri, quam non

Curiae Regni *Theſaurarius*, * Nuntios prolixo ornatoque ſermone adloquens, hortabatur omnes: ſine cunctatione

non aliquis e numeroſa illuſtriſſimaeque Topororum gente ornarit; quin etiam Stephanum, eadem familia oriundum, Archi Episcopum Gnesnensem fuiſſe. *Hodiernus Comes, Oſſolinski*, cujus hic mentio facta, Curiae Regni *Theſaurarius* eſt, atque in Comitibus, A. h. L. XXI I infeliciter ruptis, in Nuntiorum atrio *Marſchalcum* ſe praestitit prouidentisſimum. In nouiſſimis ac Varſaviae limitatis Comitibus, ipſe Nuntius Rozanensis, prae ceteris eminuit virtute ſingulari, ubi praeter eum alius adhuc *Oſſolinski*, Tribuni Legatus, ſeu, ut ibi dicitur, *ſupremus locum tenens*, adfuit, Nuntius e *Palatinatu Sendomiriensi* miſſus.

* Regnum Poloniae aequae ac Magnus Ducatus Lithuaniae ſuos habent *Quaeſtores*, ſeu, ut ibi dicunt, ſupremos et Curiae *Theſaurarios*. *Theſaurarii* Supremi aerarium ac Reipublicae prouentus cuſtodiant. (inde etiam a ſcriptoribus Polonis: *Promi et Condi theſauri Reipubl. dicti*). Pecunias autem publicas e manu quatuor generalium *Quaeſtorum* (quorum duo e Majori, duo e Minori Polonia, atque e Senatorio ordine ſeu maioribus Conſiliariis ſunt, quos *Dignitarios* appellant) accipiunt; qui quatuor, tabulas accepti et expenſi (ibi *Regeſtum* nominant, ſeu corrupte, *Regeſtrum* vel *Regiſtrum*), conficiunt, earumque exemplar vnum, Regi, alterum *Theſaurario* Supremo, tradunt, tertium ſibi ſeruant. Cuſtodiae quoque *Theſauriariorum* Supr. Diademata Regia; Corona, Sceptrum, Malum Imperiale et cetera inſignia committuntur; non minus et pretioſior ſuppellex, et litterae Regiae. Competit eis et monetae cura, ſtipendiaque, et militibus ſoluunt, et aulicis. Praeterea tantis muniuntur priuilegiis, ut neque Regi, neque cuiquam Miniſtrorum Regiorum, rationem reddere neceſſe habeant. Sed interdum in Comitibus delegantur nonnulli, qui rationes eorum exactius perquirant. Quae ſi non conſtant, Reſpublica punire eos, bonaque fiſco addicere poſteſt. Quanquam *Theſaurarii*, ſi quid neglectum a ſe, quod tamen ſaepe factum dicit *Connor, Part. II. pag. 488*, tam commode, tamque liberaliter,

etatione nimium scrupulosa, Regem adirent, gratias acturi, postque Regiam faustorum precationem sibi impertitam, super rebus aliis deliberarent decernerentque; quia Rex, tanquam Pater Patriae, ac supremus Legum Custos et defensor, omnia, tam de extraneis, quam domesticis causis, proposita, benigniter accepturus et tanquam indulgentissimus Princeps confirmaturus esset.

Posthaec Princeps Radzivil, * *Enfifer* M.
D.

ter, delegatos inquisitores tractare norunt, vt sine difficultate multa apochas ab ipsis impetrent. Comes Morstein, Supremus Regni quondam *Thefaurarius*, Ordines Regni, in Comitibus congregatos, rationes breui exacturos a se, sentiens, cum facultatibus omnibus e Regno Pol. in Galliam se contulit, ibidemque commoraturus *Comitatum* integrum: *Chateau-Villain*, e quo ultra triginta millia vncialium quotannis redibant, emit. Ceterum, inter *Officiales* Ordinis Senatorii quartum tenent locum *Thefaurarii* Supremi. Curiae *Thefaurarii*, quorum alter in Regno, in M. D. L. alter, quoties *Thefaurarii* Supremi absunt, aut plane vacat quaestura (*Thefaurariatus*), horum vices gerunt; in Comitibus vero Curiae *Thefaurariorum* ratio non habetur, nisi simul sint Nuntii, qualis & praefenserat Comes Ossolinski. (Munia *Thefaurarii* supremi omnia, rectissime intelliguntur e formula juris jurandi, quam *Zalaszowski*, *Jure Regn. Pol.* Tom. I. p. 726. *Hartknoch*, *Rep. Pol. Lib. II. Cap. III. §. 20. p. 353. sq.* et *Chwalkowski Jur. Publ. Pol. Lib. I. Cap. VI. §. 9. p. 149 sq.* exhibent.

* *Radzivil*, Princeps familia in Lithuania, originem traxisse perhibetur a Ledzickio, sacerdote *gentili*, quem Gediminus, Magnus Lithuaniae Princeps, A. cccccv, Principem creauerit, denominaueritque a Polonica voce *Rad*, & a fluuio, *Wil*, quia sibi, ad urbem Vilnam aedificandam, auctor fuisset. Filius istius, Nicolaus I, qui centenariam aetatem compleuit, A. cccccclxxxvi vna cum Principe Jagellone, ac Rege Poloniae vocato, *baptizatus* est. Nicolaus IV,
Palatinus

Palatinus Vilnensis ; Cancellarius ; et exercituum Dux Campestris,
 A. cl. lxxv, ab Imperatore Maximiliano I, Legatione apud hunc, Si-
 gismundi nomine, functus, vna cum patruelibus, S. R. I. Princeps
 creabatur. Nicolaus, cognomine Niger, Dux in Olyka, et Nieszwyz,
Palatinus Vilnensis, vt et *Supremus Marschalcus et Cancellarius* Lithua-
 niae, vnus e maximis saeculi sui fuit. Sacra *Protestantium* sequutus, vt
 Biblia sacra primum in Polonicam linguam verterentur, et postea
 Brestiae, in Cujavia typis exprimerentur, impendio suo, A. CIOCLXIII.
 nec non vt prima *Reformatorum* Synodus Vilnae, A. ej. s. LXXVII habere-
 tur, curauit. Coniux ejusdem, Elifabetha Sulowieska, eodem arde-
 bat zelo ; verum filii quatuor, patrem, A. ej. s. xcvi, humeris suis
 sepulchro inferentes, post obitum illius, Ecclesiae Rom. sacra rursus
 amplexi sunt. Ceteros illustissima familia hac oriundos, summis-
 que dignitatibus in Lithuania clarissimos, viros omnes hic allegare
 institutum nostrum non patitur. Per summam quandam hoc so-
 lum annotamus ; e Principum Radziviliorum gente, Episcopum
 Vilnensem, et Cracoviensem, et *Cardinalem* : *Palatinos* duos ; vnum
Campi Ducatorem ; vnum Ducem Exercituum Generalem ; *Cancellarios*
 supremos quinque, quorum postremus, Carolus Stanislaus, A. h.
 s. xix, postrid. Cal. Aug. obiit ; et *Marschalcos* Supremos, duos in Li- 2 Aug.
 thuania floruisse. Princeps Boguslaus, *Supremus Stabuli M. D. L.*
Praefectus, Dux Exercituum generalis Polonus, et *Ducatum* Prussiae,
Electoris Brandenburgici nomine, administrans, magnus et clarus
 exstitit ; qui, Principe Electrice Brandenburgica genitus, A. p. s. LXIX
 decessit, ac sepulchro *Electoralis*, quod in Basilica Kniphosiana, inlatus
 est ; heredem vnicam relinquens, Ludouicam Carolam, *Marchioni*
 Brandenburgico, Ludouico, primum, A. p. s. LXXX, postque hujus
 obitum vero, A. p. s. LXXXVIII, *Comiti Palatino*, Carolo Philippo, nu-
 ptam, adeoque *Palatinatus* Electricem, quae A. p. s. XCV. mortua,
 stirpem paternam finiit. Praeterea Radziuiliana domus, per varias
 nuptias, tam cum Poloniae Regibus, quam cum Principibus aliis con-
 iuncta adfinitate est ; Stanislai Regis avia, Radziuilia fuit ; et so-
 rorem Joannis III Radziuilii quidam in matrimonio tenuit. Geor-
 gius Iosephus Radziuil, Dux in Olyka, A. p. s. LXXXVII, Mariam
 Eleonoram, hodierni Principis Anhaltini Dessauiensis sororem ger-
 manam, in matrimonium duxit. Plura de familia hac, in dem *Allge-
 meiner*

D. L. * et Nuntius Volpinensis, ** suffragium suum de
vniuersalibus litteris ad Comitiam altera dabit ; cui Wo-
lodko-

meinen Historischen Lexico, Tom. IV. p. 7. leguntur. (Cui jungi potest :
*Kojalowicz ii, Hist. Lithuan. Lib. VII. et VIII ; et Pastorii Florus Pol. Lib. III. Cap.
VI. §. 12. Cap. VII. §. 5. et 6. Lib. V. §. 11, aliisque locis. In primis
memorabilia sunt, quae de Boguslao Radziuilio, Duce Byrzarum,
Dubincorum, Slucia & Kopyliae, Sacri Rom. Imp. Principe, ac su-
premo Stabuli M. D. L. Praefecto, scribit Chwalkowski, Lib. IV. Cap. VI.
§. 10. Primus Ducatum (Prussiae) nomine Seneris. Electoris immortalis cum glo-
ria administravit, ob ingentia in Poloniam Prussiaeque merita, Princeps immortalitate
dignissimus. Sed ut sunt uariae spes hominum, ex Polonia A. 1669 reuersus, in
itinere sub ipsis fere moenibus urbis Regiomontanae, extremo dicti anni die, extremum
etiam vitae clausit diem. Illatus in urbem tantum apud omnes concitauit luctum et
dolorem, quantum antea diuinis suis virtutibus sibi conciliauerat amorem ; qui etiam
in Electione anni praefati adeo eluxit, ut aliquot praese habuerit suffragia. Sed maluit
mereri, quam ambire : terra coronam monstravit, caelum deit.)*

* Polonia et M. D. L. inter Curiae Ministros, qui extra Ordinem Senatorium sunt, peculiarem habet *Enssferum* (Miecznik). Hodiernus Lithuaniae, iam A. h. f. XXII, in Comitibus Nuntius fuit ; post quae Comitiam Princeps quidam Radziuilius Wojewodzic (Palatini filius) Nouogrodensis, *Incisor* M. D. L. factus est. In postremis Comitibus Warsauiensibus idem hic Princeps Radziuilius e districtu Slonim, & alius quidam Radziuilius, *Capitaneus* Przemyslensis, e Nouogrodensi districtu, Nuntii fuere. *Europ. Fama* P. 279. p. 178. 211. 219. Praeterea etiam Princeps quidam Radziuilius, Nicolaus Faustinus, Generalis Excubiarum Praefectus, et Chiliarcha custodum Regii corporis equestrium est sub Augusto Rege : *Wolckens von Wertheim Genealogisches Titular-Buch* P. II. p. 92.

** Vbi Volpinensis districtus in Lithuania situs sit ; atque vnde factum sit ; ut Princeps Radziuilius, qui in Comitibus ante limitatis, Nuntius Slominensis erat, iam Volpinensis Nuntius dicatur, rescire vsquam nobis non licuit.

Iodkowicz, Condemnatam* objiciebat, asserens : se ab ipso, Tribunalitiis Judiciis Vilnae durantibus, ** gladio vulneratum esse. Nuntii quidem omnes, locis suis surgentes, per horae dimidiae spatium, litem hanc, sed frustra, componere conabantur.

Rusiecki, *** conditioni, propter Comitata alterna et limitata nuper pactae, firmiter inhaerens, poscebat, ut formula eam ob rem concepta praelegeretur ; hocque facto ad alia pergeretur, in specie ad causam Curlandiae, **** vbi, exemplo hactenus inaudito, electio Du-

C 2

cis

* *Condemnata*, quid dicatur in Polonia, infra exponetur.

** Duo in Regno sunt Tribunalia, seu summa Judicia ; alterum Poloniae Majoris, Petricouiae, quod a die festo S. Francisci, ad Pascha ; alterum Poloniae Minoris, Lublini, quod per aestatem habetur : In M. D. L. singulis aestatibus, Vilnae ; & per semestre hibernum vno anno Nouogrodci, altero anno Minisci, Tribunalia celebrantur ; delegati autem ad ea Judices equestri ordinis sint, oportet. Plura de Tribunalibus habent *Cbrwalkowski*, *libr. III. cap. IV. p. 419. sq.* *Hartknoch*, *lib. II. cap. VII. p. 751.* *Connor*, *P. II. p. 539.*

*** Nuntiorum Cracouiensium sextus fuit in Comitibus no-uisime limitatis.

**** Ut quis *Curlandicam causam* probe cognoscat, annotandum omnino : Curlandiam olim cum Livonia conjunctam, Magistroque Ordinis Teutonici, in Liuonia constituto, subjectam fuisse ; qui Ordinibus S. R. Imp. adnumerabatur, inque Conventu Imperii sedendi et suffragia ferendi jure gaudebat. Discordia autem inter Equites Teutonicos, inde a saeculo XVI. in dies crescente ; et, dum auxilia Germanorum cessabant, Principibus vicinis ea occasione salubriter ventibus, tandem Gotthardus Kettlerus, Magister Ordinis Teut. necessitate ad hoc consilium compulsus, tutelam auxiliumque Poloniae

cis noui suscepta esset; Consilium addebat: vt Curlandiae Ordines, tanquam Legum transgressores, in exsilium proscriberentur, ac postea ceteri aeternis Constitutionibus circumscriberentur.

Post-

Poloniae implorauit, atque a potentissimo Rege, Sigismundo Augusto, obtinuit. Curlandia tunc et Semigallia, *Ducatus* declarabantur, ipse Kettlerus, ejusdemque haeredes masculi, A. CIOCLXI, Duces interim *fiduciarii* praeficiebantur, vsque dum sollennis inauguratio, quae sine consensu Nationis Polonae indulgeri non poterat, perageretur. Id quod A. CIOCLXIX in actum peducebatur, quo Curlandia et Semigallia Regno Poloniae, per Fridericum de Kanitz, et Michaelem de Brunou, Ducis Gotthardi nomine cum potestate plena delegatos, junctae fuere. Quae Coniunctio his peracta verbis; *Ipsam Illustris Principem, in fidem et clientelam nostram Regnique nostri, cum omni Ducatu et ditionibus Illustritatis suae publico Regni, cum Magni Ducatus Lithuaniae vniti, nomine recipimus, nimirum vt ab eo tempore in posterum Illustritas sua ejusque haeredes, cum Ducatu Curlandico et Semigallico, Regno nostro, cum Magno Ducatu Lithuaniae vnito, tanquam vni et indiuiduo corpori perpetuis temporibus subjiciatur et incorporetur, ac in clientela et defensione nostra et Regni, cum Magno Ducatu Lithuaniae vniti, permaneat. Speramus autem Illustritatem suam et ejus Illustritatis posteros in ea fide, voluntate, subiectione, quam nobis Regnoque cum Magno Ducatu Lithuaniae vnito, per supra dictos Plenipotentes, detulerunt, constanter permansuros et firmiter perseveraturos. Quibus nos vicissim defensionem nostram Regnique nostri, ac conseruationem omnium priuilegiorum, libertatum, immunitatum, a nobis iisdem concessarum, libertatibus tamen Regni non aduersantium, pollicemur atque promittimus, quae priuilegia, immunitates, libertates tum renouaturi et confirmaturi, et in plenioram formam redacturi sumus, cum Illustritas sua Nobis Regnoque nostro debitum homagium praestiterit. (Quae ipsa Diplomatis verba sunt, quo incorporatio peracta, recensente. Cbwalkowio lib. IV. Cap. IX. p. 511 sqq.)* Coniunctionem hujus Ducatus cum Regno Polonis postea curae cordique fuisse, tempore Sigismundi III innotuit, sub quo A. MDLXXXIX, publice constitutum fuit, vt, Duce Gotthardo et filiis ejusdem duobus exstinctis,

Ducatus

Posthæc vrgebat Garczinski, e Majori Polonia Nuntius, vt forma Constitutionis conceptae praelegeretur, suffragium in Curlandica causa sibi referuans.

Wielopolski, * *Capitaneus* Cracouiensis, in Rusi-ckii sententiam ibat, urgebatque fortiter, ut Ordines Curlandiae

C 3

landiae

Ducatus cum Regno et M. D. L. eadem ratione, qua Liuania olim, jungeretur. Nam ad Liuiam quod attinet, sub Rege Stephano, in tres diuidebatur *Palatinatus*, quorum quisque *Capitaneatus* peculiare continebat: praeterea omnia, ad regulam Reipublicae Polonae, reformabantur; siquidem Equestri in Liuania Ordini, tunc admodum numerofo, Reip. Polonae forma nequaquam inuisa esse poterat. Res tamen Liuonica diu firma persistere non poterat, partim quia in Religionis capite mutabantur multa, exacebanturque animi; partim quia, pulchram ac locupletem prouinciam cum terris suis coniungere, et Suecis et Russis valde commodum videbatur: qua in re Suecis praesertim fauit adeo fortuna, vt Johannes Casimirus, vna et Respublica Pol., per *Artic. IV.* Pacificationis Oliuensis, maximam optimamque prouinciae istius partem cederent. Curlandia e contrario in clientela Poloniae permansit, quae in casibus quibusdam dominium directum sibi fortiter adseruit. *Europ. Fama P. 221. p. 367.* Nunc vero, dum stirps mascula cum Ferdinando occasura videtur, Resp. Pol. aegre fert electionem, quam Ordines *Ducatus* Curlandiae, cum Regno arctius coniuncti, sine scitu Reip. Pol. et consensu, ante menses aliquot susceperunt; de qua posthac plures sequentur circumstantiae.

* *Wielopolskia* numerosae gentis, Strzemie, familia est, quae nomen in lingua sibi vernacula, a stapia deducit, quam pro insigni habet gentilitio. In Cracouiensi *Palatinatu* habitat, et ex ea Joannes Wielopolski, electioni Vladislai IV, hujus *Palatinatus* nomine, subscripsit. *Okolski Tom. III. p. 189.* Wielopolskius, cujus hic mentio fit, in Comitibus Varfauiiae limitatis, e Cracouiensi *Palatinatu* secundus Nuntius fuit, et *Palatini* Siradiensis filius. *Europ. Fama P. 279. p. 217.*

landiae in jus vocarentur, quia per electionem illegitimam in varia Rempublicam adduxissent discrimina.

Omnia haec Ozarowski, * ambulando confirmabat.

Wolowicz, ** Nuntius Starodubensis, suadebat: ne tempus inutiliter absumeretur, sed potius a *praeliminaribus* initium fieret, Rex adiretur, eique omne, quod ad Rempublicam spectat, exponeretur; postulans etiam, ne ordinaria et limitata Comiticia simul haberentur; saluo ceterum sibi in Causa Curlandica suffragio.

Chomienski, *** Nuntius Osmianus, **** in eo per-

* *Ozarowskii* in Palatinatu Sendomiriensi potissimum celebres sunt: *Okolski* Tom. III. p. 597. Praesens autem, e Cracouiensi *Palatinatu*, in Comititiis nouissime limitatis, tertius fuit Nuntius. Alioquin Cracouiensis *Palatinatus* Pincerna est, et Tribunus in legione Ducis exercituum, cujus etiam partes, A. h. f. xxiv, fortiter suscepit, causamque pro eo, contra *Comitem* Ossolinski, in atrio Nuntiorum saepius defendit; de quibus *conrrouerfiis Fama Europaea* l. c. p. 217. 330 599.

** *Referendarius* est Magni Ducatus Litthuaniae, inque Comititiis proxime praecedentibus Nuntius fuit. *Fama Europaea*. l. c. In Relationibus quibusdam nomen hoc scribitur *Wotowicz*.

*** In *Lipsiensibus Nouis Publicis* p. 955, *Hominski* appellatur. In Nominibus Polonicis recensendis autem, dum frequens adeo Orthographiae error, in fine hujus operis Senatorum & Nuntiorum, in Comititiis his praesentium, nomina accuratius scripta exhibebuntur.

**** *Osmiana*, oppidum est ligneum, adiacens fluuio cognomini: Principem Sapienam agnoscit dominum, recessitque lapides septem ab vrbe primaria, Vilna. Ad Vilnensem etiam *Palatinatum* omnis terra Osmiana refertur, quae latam jurisdictionem, uariasque urbes, et satis

persistebat: vt, non solum propter Comitata alterna et limitata, verum etiam propter causas alias cum extraneis tractandas, consilia inirentur; nec non, vt, secundum Constitutionem A. p. f. LXXVI, super dignitatibus vacantibus* locoque Supremi Ducis exercituum, sententiae rogarentur ferrenturque suffragia. Contra quae postulata

tis magnas, habet. *Comor, P. I. p. 374. Hübner im Zeitungs-Lexico p. 1319.* Nescio proinde, qua ratione, Nuntius hic Osmianus, in Nouis Publ. Lipsiensibus, e *Palatinatu* Minskenfi missus, dicatur.

* Inter summos, quos et Poloniae Regnum et M. D. L. habent officiales, et quidem extra Ordinem Senatorium constitutos, primi sunt *Exercituum Duces*, tam *Generales*, quam *Campestres*. *Generales Duces*, sine interuentu alterius, Regis vice funguntur, tanta cum postestate, quanta Regi, dum praesens est, competit. Quamuis autem Ducis Exercituum Generalis dignitas tanta atque, in Republica altissima sit maximaeque auctoritatis, attamen possessorem suum, neque Senatorem efficit, neque locum vllum in Comitatu ei tribuit; nisi Dux iste Generalis, simul *Palatinus* sit aut *Castellanus*. Quod communiter frequens. (*Tam amplae dignitates Senatoribus conferuntur, vel etiam Dignitas Senatoria confertur simul. Chwalkowski, lib. I. cap. VII. §. 9. p. 164.*) Dux Generalis in Polonia, alterque in Lithuania, vtrobi- que aequali pollent auctoritate imperandi, neutro ab inuicem dependente. Lithuaniae quidem Dux Generalis Duci Generali in Regno locum concedit primum; alioqui vero Exercitum Lithuanicum solus imperio suo regit, neque mandata vlla recipit a Duce Generali Regni, nisi forte exercitus vterque vna cum hoste confligeret. Rege absente, Ducum horum maxima per Regnum potestas est. Nam unusquisque in exercitu imperio eorum subicitur, praelia ineunt, obsidiones suscipiunt ante, quam consensum Regium expectent. Hibernant etiam, vbi ipsis visum; vnde eorum apud Nobiles veneratio magna, ne inimicitiam ipsorum experiantur. Incum-
bit

lata e *Palatinatu* Sendomiriensi Nuntii objiciebant : notam quidem esse Constitutionem allegatam, sed notas simul et alias, quibus Regem salutare obligarentur ; et quod

bit Ducibus praeterea, vt ordinem in exercitu ac disciplinam feruent exerceantque ; ut praefectos ac gregarios milites, inobedientes aut rebellantes, puniant ; vt annonae militaris pretium constituant certum ; vt, siue classicum, siue receptui, cani jubeant ; et denique, vt munia obeant cuncta, a Rege obeunda, si adesset. (Meretur hic inferi epistola, quam, dum, Rege absente, bona vrbis Dantiscae patrimonialia ab exercitu Regni minus commode tractarentur, ipse Rex Generali Exercituum Duci scripsit, quae, e Polonico, in Latinum ab auctore *Responsionis Ciuitatis Gedanensis, ad Scriptum, quod sub Manifesti forma* prodiit, versa, p. 108. et sq. ejusdem Responsionis ita recensetur :

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniae etc.

Illustrissime, sincere nobis dilecte.

Misit ad nos vsque ad hunc locum *Ciuitas Gedanensis* Nuntium suum, et supplicibus a Nobis contendit precibus, ut eam, circa libertates et immunitates, Ciuitati praedictae et Bonis ejus seruientes, manu tenere et conseruare dignaremur. Sicut vero, sub praesentiam nostram in ea ciuitate, particularem eidem promissimus protectionem, et circa jura ac libertates conseruationem : ita requirimus a Sinceritate Vestra : ut praefatam Ciuitatem, decus Provinciae Prusicae, imo vniuersarum ditionum Nostrarum et Reipublicae, in singulari habeat consideratione, et bona ipsius ab omnibus impetitionibus, aggrauationibus et oneribus militaribus, pro munere, quod gerit, supremi Exercituum Regni Ducis, libera manu teneat. Quod Sinceritati Vestrae enixe commendantes, prosperam eidem precamur valetudinem. Dab. in Castris ad Urbem Stralsundensem d. 7. Octobr. An. Dom. MDCCXI. Regni vero Nostri XV anno.

Augustus Rex.

Illustrissimo Adamo Sieniawski,
Castellano Cracouiensi, Supremo
Exercituum Regni Duci, sincere
nobis dilecto.)

Loco

quod ad dignitates vacantes attinet, aliis Palatinatibus, ordine prioribus, initium suffragiorum competere.

Lomzae Vilnaeque Nuntii, vt Sessio in diem proximum differretur, suadebant; vtque interea *Marschalcus* rogaretur, qui tempus, quo Comititia praesentia includerentur, a Rege impetraret; hoc facto, ad salutationem Regiam peragendam, adque suffragia Senatorum * audienda, paratos se profitentes.

Qua spe commotus Sessionem in proximae diei horam nonam *Marschalcus* differebat.

Sessio tertia, XI. Cal. Nouembr. caepta, in plurimis secundae similis erat. Sub initium *Marschalcus*

D

con-

Loco Exercituum Ducis Generalis vacante, Duci Campestri jus successione competit. Vterque, tam Regni, quam Lithuaniae *Dux Campestris*, in Iudiciis *Marschalcibus* omnibus (de quibus conferatur *Chwalkowski Lib. III. Cap. VI. p. 435.*) praesident, curantque, ut in castris excubiae rectius peragantur; et, quoties necessitas poscit, exploratores emittantur, et militibus extraneis stipendia iuste solvantur. *Connor, P. II. p. 489.* Ceterum, annis nouissimis, imperium exercituum variis litibus subiectum fuit, postquam Rex Ducem Generalem et *Campi Marschalcum, Comitem de Flemming*, copiis extraneis praefecerat; atque exercitum Polonicum, in statum plane alium redegerat; siquidem ob id non solum Comititia A. h. f. XIX. XX. et XXII. rupta, verum etiam in nouissimis, Varfauiae limitatis, variae controuersiae motae sunt: de quibus *Fama Europ.* pluribus in locis, in primis P. 279.

* Nuntii in Senatorum Curia praesentibus, post salutationem Regiam factam, postque capita consultationis, nomine Regis proposita, suffragia sua Senatores postridie expediunt: *Chwalkowski Lib. I. Cap. VIII. p. 195.*

conuentui Nuntiorum, Constitutionis, ob Comiticia limitata, atque alterno ordine habenda, conceptae praelectionem commendabat, et salutationem Regiam breui post peragendam: siquidem sententia esset omnium, vt Comitiorum limitatio in perpetuum tolleretur; similiter, vt alternus Comitiorum ordo per vices seruaretur, postque biennium Grodnae Comiticia denuo haberentur, vtque, secundum Constitutionem olim factam, Comiticia hebdomadas sex non excederent.

Sermone finito, poscebant nonnulli: vt Comitiorum praesentium tempus determinaretur. Quibus *Marschalcus* regessit; Regem, sine Ordinibus, * tempus Consultationi praesenti determinandum constituere nolle, sed Ordinum uniuersorum deliberationi permittere.

Posthaec varie certabant Nuntii, quorum alii Constitutionis conceptae praelectionem; alii, vt super tempore Comitiorum determinando suffragia ferrentur, vrgebant: Ceteris causarum aliarum deliberationes proponentibus; donec tandem omnes in praelectionem Constitutionis formatae consentirent, paciscentes simul: ne de alia, quam de iam absoluta, materia sermones fierent ante Regiam salutationem.

Nihilo

* *Republicam nostram tribus constare Ordinibus (Regio, Senatorio, equestri, quem nuntii repraesentant,) notissimum: Penes Regem dignitas: penes Senatum auctoritas: penes nobilitatem libertas est: Idem Lib. I. Cap. II. p. 5.*

Nihilo minus *Capitaneus* Opocznensis post formam Constitutionis praelectam, Nuntios reliquos eo adducere conabatur: ut instructionum suarum materias* proponerent, et, quae magis necessariae viderentur, iuxta formam conciperent; ratus namque, Regi acceptius fore, si, cum rebus jam paratis, in Senatu comparerent, quam cum salutatione simplici, qualis ante biennium jam peracta esset.

Nuntius Siradiensis, Zahrzewski, conquerebatur, quod Oeconomia Regiarum Salinarum, ** contra pacta, Varfauiae conclusa, L. *Baroni* de Blumenthal concredita esset, qui Nobiles indigne tractaret.

D 2

Non-

* In cunctis Conuentibus prouincialibus, qui certis in locis, per *Palatinatus* omnes, ante Comitia celebrantur, Nuntiis electis, a nobilibus cujusque *Palatinatus*, *Instructiones* dantur, quibus, quid, tam ratione propositorum a Rege, quam ratione prouinciae suae, quisque consultare et concedere debeat, continetur.

** *Salinae Regiae*, Wielicensis, et Bochnensis iuxta Cracouiam, in Samboriensi Oeconomia sunt; quarum posterior, ab oppido et castello, cuspidatis stipitibus circumuallato, et non procul a finibus Ungariae, ad fluiuium Tyra, in Przemysliensi, Rusfici *Palatinatus* districtu, sito, nomen traxit. *Connor*, P. I. p. 315. De priori vberius egit *Auctor der Historischen Anmerkungen über die Zeitungen/ A. h. f. XXIII. p. 31.* *Salinae Regiae* A. h. f. XXIII, plurimum damni patiebantur, dum generalis Praefectus, (*Commissarius*) quingentis vncialium millibus e thesauro Regio acceptis, Vindobonam concedens, et, ratione Salinarum multum sibi adhuc deberi causatus, tutelam Imperatoriam impetraret; atque, ad rationes reddendas a Rege in jus vocatus, in Belgium vsque profugeret. Tum Rex Salinas Generali

Nonnullis etiam in materias alias incidentibus, Karwoskius, Nuntius, admonebat : vt ordine res tractarentur rectiori, atque ut ea, super quibus jam conuentum esset, (nempe tempus determinandum, et futurae Consultationis Comitialis forma,) ante omnia concluderentur. Post suffragium hoc, priuatim addebat : Aulam, Comitii forte ruptis, locum Ducis Exercituum vacantem * relicturam, et, secundum Constitutionem A. h. f.

nerali militum Duci, Mirio, administrandas dedit : *Preussische Fam. A. h. f. XXIII. p. 63.* Cui Casparus Ernestus L. B. de Blumenthal, Sacri Cubiculi Regii; et Electoralis Praefectus, nec non pronentium Oeconomiae Samboriensis Curator Generalis, successit : *Volckens von Wertheim Genealogisches Titular-Buch/ P. II. p. 29.*

* Vacat locus jam per menses nouem. Generalis Exercituum Dux, nouissime extinctus, Adamus Nicolaus de Granow Sieniawski, Comes in Szklow, et Myszcz, et Castellanus Cracouientis erat. Pater ejus, Hieronymus, A. p. f. LXXV. Regni *Marschalcus* existit; gensque Granowska, cuius Sieniawski familia est, ex antiqua domo, Leliwa, orta. *Okolski Tom. II. p. 73.* multos ex domo hac allegauit fortitudine animi insignes et claros. Nouissime mortuus, initio *Campiductor*, Principis Lubomirskii, Ducis exercituum Regni Generalis locum A. h. f. V. obtinuit, succedente sibi Rzewuski. *Europ. Fam. P. 30. p. 135.* Stanislae Leszczyński, a partibus Suecicis electo Rege, Sieniawski partes Regis Augusti constanter tuebatur, quapropter etiam a Stanislae, dum tempus se sistendi neglexerat, dignitate Ducis Exercituum Generalis, priuatus fuit, quam *Palatinus* Kiouienfis, Potocki, obtinuit; de qua re singularia plura inueniuntur in *der aus dem Französischen übersetzten Nachricht über die neulich in Pohlen entstandene Revolutiones p. 250.* Sieniawski adeo graviter laesus, exercituum Regni quamuis conuocaret, posceretque, ut is sibi fidem et constantiam iure jurando promitteret, a paucissimis tamen id impe-

trauit.

trauit. Vnde, inter suos permanere minus tutum ratus, ad Russos deflexit. Coniux e contrario Sieniawskii in manus Suecorum incidit. Wallachi namque Suecici centum et quinquaginta, irruptionem in urbem Varfauientem facientes portasque omnes occupantes, una cum quibusdam Praefectis militaribus Rusficis et hanc capiebant; eamque, cum duarum virginum nobilium, Medicorum duorum aliorumque quinque seruitiorum comitatu, educebant. *Europ. Fama, P. 72. p. 882.* Et quamuis Stanislaus, per Oratorem Gallum, *Marquisum* de Bonac, omnem operam impenderet, vt ab Exercituum Duci Generali Rex haberetur; nec intermitteret Orator consueta Gallis et promittendi et minandi artes; in casum tamen adhibebantur media omnia, dum Polonus, libertatis pertinax, acinaci suo leges imponi plane renuit. *Europ. Fam. P. 87. p. 199.* Quin cum relatum accepisset, Oratorem istum, et *Capitaneum*, Bolewowskium, Tarlouiam versus iter facere, in hoc intentos, vt, Stanislai nomine, se nouis promissionibus tentarent, nuntium iis obuiam misit, ne propius accederent: obstinate enim se persistere in proposito priori, nec aures ipsis praebere uelle. Copias potius suas cum Russorum copiis coniungebat, quibus Generalis Dux, Goltzius, praeerat: *Europ. Fama P. 88. p. 262.* A. h. s. XV, *Confoederatiune*, sub *Marschalco Confoederatorum*, Grudzinskio, contra militem Saxonicum facta, Leopolim secedebat; et quamquam, ingenti cum stupore animi, cerneret, integrum fere exercitum Regni ad *Confoederatos* transiisse, non minus et legionem suam, quae fere tota dimachis Germanis constabat, defecisse, constanter tamen Regi, Augusto, adhaesit, *Confoederatis*, per delegatos suos, frustra eum seducere tentantibus. *Europ. Fam. P. 179. p. 866.* E contrario imperium Generali *Campi Marschalco*, Comiti de Flemming, collatum tolerare non potuit, de quo jam supra quaedam, et plura forsan posthac dabimus. Diem obiit Leopoli xi. Calend. Mart. A. h. s. XXVI. 19 Febr. *Preussische Fama hoc an. p. 167.* Vxorem viduam reliquit, duasque filias, quarum vnam *Campi Ductor Lithuaniae*, Comes de Doenhoff, alteram Palatinus Plocensis, in matrimonium duxere. Locum ejus Rex, Martio mense, *Campiductori* Rzewuskio contulit, et huic succedendi spem Palatino Kiowiensi dedit, modo Comitiam reassumta exspectaret. Licet enim Rzewuski, secundum relationes omnes, munus istud

h. f. XVII. * *Regimentarium* ** constituturam, eoque ipso Exercitum ab arbitrio suo pendentem habituram esse.

Haec omnia autem frustra proponebantur, quod Nuntius Posnaniensis, Sokolnicki, vniuersum Conuentum ad causam Curlandicam trahebat, ac Generalem Exer-

jam obeat, licet exercitum et castella ad Valachiae fines vsque Iustrarit, aliaque curauerit Duce digna, confirmationem tamen dignitatis in Comitibus praesentibus expectare debet; siquidem Rex, cui aliquando loca vacantia complere competiit, A. h. f. XVI. expressis litteris promisit, tam Generalis Ducis Exercituum, quam Campestris Ducis, vtriusque nationis, loca vacantia, non nisi in Comitibus, per Senatorum & Nuntiorum suffragia, dignis et in Republica certas possessiones habentibus concedere. *Europ. Fam. P. 200. p. 708.*

I Febr.

* Per eam Constitutionem, A. h. f. XVII. Iphis Calend. Febr. in

3 Non.

Varsauiensibus Comitibus factam, Pacificatio III. Non. Nou. A. h. f. XVI. per Oratorem Russicum Extraordinarium, Principem, Georgium Dolhorucki, inter *Confoederatos* Poloniae ac Lithuaniae Ordines;

30 Jan.

et Copias Regias auxiliares, inita, et III. Cal. Febr. A. h. f. XVII. a partibus omnibus rata habita, confirmata est.

** *Regimentarius* extraordinarium militiae Praefectum denotat in exercitu Polonico, qualis alibi nusquam reperitur; quapropter etiam titulus ejusmodi in Lexicis, consueta in relationibus nouis verba referentibus, frustra forsan quaereretur. Moris autem est Polonis, eum militum Praefectum appellare *Regimentarium*, cui *Confoederationis* militaris tempore, quo ordinariis exercitus Ducibus obsequium detrectat miles, aut totius exercitus, aut legionum aliquot imperium extra ordinem concessum est. Qua etiam ratione, in Constitutione A. h. f. XVII, qua noua juris iurandi, quod Duces viuentes et futuri praestare debebant, forma concepta continetur, Regi, per *Artic. V. Tractatus Varsauiensis*, A. h. f. XVI, concedebatur potestas, si forte vterque alterutrius nationis Dux moreretur, *Regimentarium* ante Comitibus, procul forsan futura, constituendi; quia non nisi in ipsis Comitibus hae

31

Exercitus Lithuanici Ducem, Pociey, * Criminis Perduel-
lionis

hae dignitates alias conferri deberent. Vid. *Traſtatum Varſanienſem*, in *Europ. Fama* P. 200. p. 685. ſqq. praefertim p. 708.

* Familia, *Pociey*, vna ex antiquiſſimis eſt in Lithuania, vbi, in *Palatinatu* Brzeſcenſi, multa praedia poſidet, ac inter ea Rozankam. Primus, qui, quanquam non expreſſo tempore, tanquam Caſtellanus Brzeſcenſis adducitur, Adamus eſt, qui, vxore exſtinſta, Sacro ſe adſeruit ordini, et, poſt Graecae cum Romana Eccleſia conjunctionem, *Metropolitanus* Sacerdos in Ruſſia atque Epicoſopus Wlodomiriensis factus eſt. A. h. ſ. V. praeter hunc Pociey, Caſimirus, *Palatinus* Troceniſis, et Ludovicus, Excubitor M. D. Lith. viuebant. *Allgemeines Hiſtoriſches Lexicon*, Tom. III. p. 854. Hodiernus Exercituum Dux Generalis in Lithuania, etiam Ludovicus Pociey nominatur, perque annos multos Supremus Lithuaniae *Theſaurarius* fuit; quemadmodum etiam, hoc titulo, *Confoederationi* Sendomiriensis, pro Rege Auguſto inſitae, A. h. ſ. IV, ſubſcripſit: *Hiſtoriſche Nachricht über die neuſich in Pohlen entſtandene Revolutiones*, p. 157. A. h. ſ. IX, Menſe Octobri, Exercituum Lithuaniae Ducis Generalis dignitas, in locum Principis, Sapiehae, qui partes Suecicas ſecutus erat, huic conferebatur, Ruſſorum Imperatore id praecipue poſcente; quo etiam tempore, *Confoederationis* Sendomiriensis *Marſchalcus*, Stanislaus Comes de Doenhoff, hucusque Primarius Magn. Ducatus Lithuaniae Venator, ibidem Ducis Campeſtris locum obtinuit. *Europ. Fam.* P. 95. p. 897. Ab eo tempore partibus Regiis conſtanter adhaeſit; quin etiam, dum, A. h. ſ. XVI, exercitus Lithuanicus, cum exercitu Regni, contra copias auxiliares Saxonicas foederato, ſe conjungere volebat, ac eam ob rem tumultum ingentem excitabat, vix tantulum morae naſtus eſt, vt ſibi, cum quindecim ſuorum, fuga ſalutem quaerere licuerit; quorum tamen tergis mox Tartarorum turma inſtitit, et noſtrum, vltra tres lapides, in pontem vsq; Lublinenſem perſequuta, quinque ſuorum globulis trajecit. Lublini, in *Monasterium* Dominicanorum ſe recepit quidem; mediatore ſuadente autem, idem illud mox deſeruit perſequens fugam vltiorem; atque poſt horae quadrantem, magna Lithuanorum turba irruit in urbem, *Monasterium* obſedit, multaque inſolenter peregit. *Europ. Fama* P. 191. p. 872.

lionis reum postulabat, utpote qui ausus fuisset, in Electione Curlandica, Comiti Mauricio* auxilia suppeditare.

Qui-

* *Comes Mauritius, Saxonicus, Rege Augusto, patre; matre, Comite de Königsmarck, A. p. f. XCVII natus. Mater, Reuerendissima atque Illustrissima Comes est, Anna Aurora, (quam alii Auroram Mariam nominant) Antistes primaria Quedlinburgensis, Comes in Westerwick et Stegeholm, Baronissa in Rothenburg et Neuhaus, Domina hereditaria in Agathenburg, Rhide, Perdoehl et Noehmt, ut et in Marwiesholm et Wilcksen. Volckens von Wertheim Genealogisches Sittular-Buch/ T. II. p. 301. Auis maternus, Curtius Christophorus de Koenigsmarck, Comes in Westerwick erat, Regni Suecici rei machinariae Praefectus supremus, et Belgici exercitus Legatus Generalis, qui A. p. f. LXXIII, in obsidione Bonnae periit, atque, praeter matrem Mauriti, duos liberos reliquit; filium nempe, Philippum Christophorum, Chiliarcham Suecicum, qui ultimus Paternae stirpis masculus A. p. f. XCIV, Augusto mense, coelebs, Hannoverae occubuit; et filiam vnam, Amaliam Wilhelminam, quae A. p. f. LXXXIX, Holmiae, Carolo Gustavo, Comiti de Loewenhaupt, Poloniarum Regi ac Electori Saxoniae a consiliis sanctioribus, et Generali Exercitus Legato, nupfit. Allgemeines Historisches Lexicon, T. III. p. 38. Mater autem Mauriti, ut ingenua totius corporis, ita non minus et animi pulchritudine excellenter praedita, linguas multas, per Europam vsitatas, egregie callet, versus scribit elegantes fluentesque, et per annos aliquot Dresdae, postea Vindobonae, plerumque vero intra contubernium Sororis suae, Comitissae de Loewenhaupt, se tenuit. A. MDCC, a Primaria Antistite Caesariani Collegii Quedlinburgensis, Anna Dorothea, nata Duce Saxonica, ad vacantem Praeporata est. Historische Remarques über die neuesten Sachen in Europa/ A. b. f. IX. p. 177. vbi, et in sequentibus plagulis, familia Koenigsmarkiana plenius describitur. Nihilo minus ista Aulam Regiam, in Poloniam sequuta, et ob singularem prudentiam, A. h. f. IV, ad pacificationem, Regi Sueciae proponendam, adhibita est; de quo negotio peculiare*

24 Maji.

peculiares circumstantias commemorat Auctor der Historischen Nach-
richt über die in Pohlen neulich entstandene Revolutiones, p. 91. et 99.
Comes Mauritius, A. h. f. VIII, in primo aetatis flore Belgium adibat
aliasque regiones, varia subinde praeclarae indolis specimina, pro-
dens. A. h. f. XIV. IV. Id. Mart. annum aetatis agens decimum septi-
mum, cum locupletissima totius Saxoniae virgine nobili, Johanna
Victoria Eugendreich von Loeben, matrimonium iniit; quanquam
ista, vt communis erat fama, in tenerrima aetate, Adolpho de
Gersdorff, Chiliarchae et Equitatus Saxonici Inspectori Generali
aut pacta, aut jam nupta fuisse dicatur. Sub initium A. h. f. XX.
Comes Mauritius in Galliam iter suscepit, ac Lutetiam Parisiorum,
Mense Februario, peruenit, atque ibi legionem de Spaar, extraneis
constantem militibus, triginta quinque millibus vncialium emisse, et
a Rege *Campi Marefchallus* declaratus fuisse, fertur. Qua de causa, domici-
lium ibi figendi animo, conjugem quoque eo euocauit: Coburg.
Zeitungs-Extract A. 1720. p. 411. 261. Sed, mense Septembri, in Saxo-
niam reuersus, annos ante aliquot, nescio qua diuidia commotus,
cum uxore diuortium fecit; quæ postea Professoris quondam in
Academia Francofurtana Orient. Ling. Andreae Wolfgangi Aman-
dernende de Runckel filio natu maximo, centurioni tunc militum
Saxonico, iterum nupta, jam cum eodem in praediis suis, in Lusatia
superiori fitis, viuit. Anno praesente frequens *Comitis* Mauriti
mentio in nouis publicis, propter causam Curlandicam, facta est;
cujus circumstantias, quas extraneae relationes dedere, pluribus jam
cum B. L. communicabimus, scripta ad eam spectantia, in Latinum
sermonem translaturi. Circa medium fere veris praeteriti *Comes*
Mauritius, venia a Rege impetrata, in aulam Russicam se con-
ferre dicebatur, petiturus nempe ea, quae jure quodam suo familia
Königsmarckiana possit, propter insulam Moen siue Mohn, quae
in mari Baltico juxta Liuoniam sita, atque ad Esthoniã pertinens,
per pacificationem A. h. f. XXI. factam, sub ditone Russica est.
Praeterea autem rumor erat, *Comitem* Mauritium, spe Curlandiam po-
tiundi, matrimonium cum Principe Caesarea, Duce uidua in Curlandia,
moliri.

cituum Ducis Generalis amici grauius offensi sunt.

Et

moliri. Breui post Mietauiae, nomine Ducis Ferdinandi, sequentes uniuersales litterae, ad Comitua Prouincialia publicabantur.

Ferdinandus D. G. in Liouonia, Curlandiae et Semigalliae Dux. etc. etc.

- 26 Jun. „ Postquam Generosus Casimirus Christophorus de Brackel, supremus Mietauiae Praefectus, ante Varfauiam delegatus, indeque non
 „ ita pridem reuersus, ad extraordinaria Comitua prouincialia indicanda, in quibus omnia negotia, quae in bienni legatione Varfauiensis
 „ peregerat, referret, nos permouit, ad sensum nostrum praebentes, Sextum Calendarum Iulii anni praesentis, quo hic conuentus inchoaretur, constituimus. Adhortamur itaque omnes, qui equestri Ordinis
 „ sunt, ut delegatos suos necessariis requisitis instruant, ad relationem Brackelii audiendam, nec non ad rationes inueniendas, quibus prouinciae immunitates et libertates, vna et ditio Ducalis, tam quae
 „ cra quam profana negotia, sub tutela Regis Poloniae, Domini nostri Clementissimi et Serenissimi Reipublicae, secundum conuentionem
 „ dependentiae causa factam, aeternum seruetur, ut postea, concordibus suffragiis, id parare et constituere queamus, quod communi
 „ Prouinciae saluti, et nobis et successoribus nostris, saluberrimum deprehensum fuerit. Interim celare Ordini equestri non possumus,
 18 Mart. „ quod Generalis rei bellicae Curator in Magno Ducatu Lithuaniae, de Karp, litteris XV. Calend. April. nomine Palatini Vilnensis, et
 „ exercitus Lithuanici Ducis Generalis scriptis, omne auxilium, quod conseruationi nostrae et iuribus prouinciae tuendis inseruiret, promiserit; non minus et ea subsidia, quibus, quicquid nos cum Ordine equestri, tam in publicis quam in priuatis causis, nec non propter
 „ pter euentualem successione, secundum leges fundamentales, decreuerimus, firmari queat. Dab. Mietauiae XI. Calend. Junii A. N.
 22 Maji. „ C. CIOIO CCXXVI. Subsignauerant

*Brincken, Keyserling,
 von der Baggen.*

Quas

Et quanquam Sawicki et Wolowicz, Nuntii Starodubenses,

E 2

Has autem litteras uniuersales Dux Ferdinandus, multos per annos Gedani jam commoratus, aegre tulit, tanquam a Curlandico regimine, sine mandato et scitu suo, editas; breui etiam post prolixam contradictionem iis opposuit, cujus potiora capita, secundum Gallicam interpretationem, ex *Lettres Historiques*, Tom. LXX. pag. 151. quibus e superiora debentur, excerpam.

*Ferdinandus D. G. in Liuonia, Curlandiae
et Semigalliae Dux. etc. etc.*

Primarios Consiliarios nostros, militum Praefectos, et Ministros, “
pro iure iurando praestito, et comodum nostrum, et salutem pro- “
uinciae curare obligatos, iura imperandi, soli legitimo domino con- “
uenientia, sibi non arrogaturos, huc usque clementer confidimus. “
Cum vero quidam, rationibus officii sui postpositis, non nisi “
auctoritatem suam et priuatam potestatem, in laesionem iurium, “
legitimo tantum Domino conuenientium, augere allaborauerint; “
Ordinem equestrem, nobis admodum carum, tandem ad se reditu- “
rum, certum commodum suum intellecturum, et nunquam, ut quis “
auctoritate sua, noxio modo, ad maiorem, quam Ducem ipsum “
debet, potestatem exercendam, abuteretur. permissurum spera- “
uimus. “

Et tamen ambitio quorundam Consiliariorum nostro- “
rum eo usque procescit, ut Ordinem equestrem artibus variis in id “
seduxerint, quo, contra mentem et mandata nostra, consilia legi- “
bus prouinciae contraria iniret; quinimmo, cujus rei exemplum “
nusquam exstat, nomine, titulo, signo nostro, contra nos abute- “
retur. “

Quo ipso factum est, vt, moderatione nostra atque inten- “
tione fauorabili, susque deque habitis, spem, quam nobis conce- “
peramus, ii etiam sefellerint, quos, tanquam nostris et decessorum “
nostrorum beneficiis obligatos, ingenuos ciues ac patriae amantes “
putabamus, neque permissuros, sed quauis ratione impedituros “
conatus sibi tam noxios atque exitiosos. “

„ Quippe

benfes, Sokolnickio fortiter se opponerent, Ducem
Genera-

„ Quippe relatum accepimus, quod, occasione reditus Bra-
„ ckelii, comitia in vigesimum sextum hujus mensis diem, nomine
„ nostro, indicta sint; in quibus relata Brackelii audirentur, expedi-
„ renturque res maximi momenti atque ad nos solos attinentes; ini-
„ rentur etiam consilia super eo, quod Palatinus Vlnensis, Exercitus
„ Lithuanici Dux Generalis, proposuisse dicitur. Nolumus quidem
„ nec possumus persuaderi, ejusmodi quid a probis hominibus sus-
„ cipi posse. Quapropter tam iis, qui nobis a consiliis sunt, quam
„ etiam equestri Ordini, semper nobis fideli, deliberandum permitti-
„ mus: an rationi congruens sit, quod Brackelius, qui per bien-
„ nium, quasi proprio iure, quin contra voluntatem nostram, Var-
„ saviae, tanquam delegatus, commoratus est, iam conspirationem
„ quandam, nomine nostro, et per nos ipsos, contra nos tamen, mo-
„ liatur; plane nostri, ceu naturalis et legitimi Domini sui, immem-
„ mor, neque reputans, fastigium, ad quod familia ipsius euecta est,
„ non alii fundamento, quam gratiae nostrae inniti.

„ Speramus quidem, Ordinem equestrem nihil contra volun-
„ tatem, et sine scitu nostro, suscepturum esse et constituturum, idque
„ multo minus in causis, quae sine approbatione nostra inanes sunt
„ et effectu carentes. Attamen, vt consiliiarii nostri tanto magis offi-
„ cii sui rationem habeant, neque Ordo equestris ab obsequio debi-
„ to quicquam remittat, paterne admonitos esse cupimus, ne vires,
„ nobis, tanquam Duci, competentes, experiantur; prohibentes
„ una atque interdicens plenissimo jure, ne vel minimum, per
„ abusum nominis nostri, constituent, neue comitiis hisce interfint,
„ quorum praeterea indictio, secundum jura, nulla et frustranea est.

„ Eo autem propendet animus noster, in res omnes proui-
„ denter intentus, ut, ante reditum nostrum, quicquid innouatum,
„ in statum pristinum restituatur. Quapropter quisque legibus pa-
„ triae se conformet; neque audeat ullus, formare consilia, quibus
„ status *Ducatus* subruatur.

37
Generalem ita excusantes : ipsum Curlandicae causae
E 3 se

Ceterum tam supremis Consiliariis nostris, quam uniuerso " Ordini Equestri, praesidium diuinum et consilia saniora precantes, " omnes et singulos gratiae nostrae certiores facimus. Dabantur " Gedani IV. Non. Iulii A. MDCCCXXVI. "

4 Jul.

Hoc non obstante, Ordines Ducatus Curlandiae, ut fama publicaui, VI Calend. Iulii, congregati, tres candidatos, nempe Ducem 26 Junii. Holfatae, Principem Menzikoff et Comitem Mauritium, Saxonicum, electioni proximae destinarunt; quin postremum, Successorem, post Ducis Ferdinandi mortem, concordibus suffragiis elegerunt.

Auctor Relationum Gallicarum Amstelaedamensium, du Breuil, sequens diarium Electionis Curlandicae, supplemento Relationum suarum, Num. LXVI. inseruit. Inde ab XI Calend. Junii usque ad XVI. Calend. Iulii, nulla eligendi Ducis mentio facta. 22 Maji. 16 Junii. XVI Calend. Iulii supremus Iudex castrensis, Sentrowicz, cum ponderosis literis cambialibus, Mietauiam venit. Hic, tam Ministris regentibus, quam Nuntiis, varia proposuit, quibus notum faceret, commodiorem illis neminem esse Principe Menzikoff. E contrario Bestucheff, Imperatrici Russicae a Consiliis Intimis, nomine hujus, in Holfatici Ducis gratiam, alia proponebat. Vterque negotium suum, sine contradictione ulla, usque ad XIII Calend. Iulii continuabat, quo die, 19 Junii. 21 Junii. prima Saxonici Comitibus, Mauriti, mentio facta est. XI Calend. Iulii, Naquaski, litteras publice scriptas, a Rege Poloniae adferens, regentibus Ministris negotium sibi commissum patefaciebat. Cui adfirmabatur: Nihil in Comitibus susceptum iri, nisi iuribus Curlandicis congruens, neque Poloniae iuribus aduersum. Die sequenti, Sentrowitz et Bestucheff, in negotio suo diligentes erant, lautasque offerrebant condiciones. IX. VIII. VII. Calend. Iulii, Petriburgo cum nouis 23. 24. conditionibus offerendis accurere varii nuntii; perhibentes simul, 25 Junii. Principem Menzikoff vestigia sua sequi. VI. Calend. Iulii Comitibus inchoabantur. V Calend. Iulii Bestucheff varia proponebat. Die 26 Junii. proximo autem, quo animos propositis suis parum fauentes deprehenderat, proponebat, ne quid concluderetur ante, quam sententia Imperatrici Russicae certo innotesceret. Haec declaratio eo magis 27 Junii. causam

se non immiscuisse, neque *Comiti* Mauritio auxilio fuisse;
verum

- causam successione maturavit, siquidem, eodem die, *Comes* Mauritius successor Ducis Curlandiae, omnium et singulorum suffragiis, electus. III Calend. Iulii, Adjutor Castrensis Principis Menzikoff, Lieben, Curlandus natione, novis mandatis a Generali Duce suo instructus, Mitauiam peruenit. Comitabatur hunc fama: Principis sui jussu duodecim millia militum admoueri. Pridie Calend. Jul. Adjutor ille Castrensis Principi Menzikoff nuntium misit, ex quo intelligeret praesentem rerum statum, a se deprehensum. Curlandi, minis Rufforum ad iram commoti, Comitata quam primum id fieri posset, finienda, decernebant, vinculumque cum *Comite* Mauritio tam arcte constringendum, ne aemulis spes amplius superesset.
- 3 Julii. Interea tamen res ad V. Non. Julii differebatur, quo die recentes nuntii adueniebant, quorum relationes animos Curlandorum terere videbantur. Quo facto *Comes* Mauritius, nisi *unionis tractatus* die sequente concluderetur, discessum suum declarabat. IV Non. Jul. calor animorum in Comitatu intensior effecit, ut res omnis absolueretur. III Non. Jul. tractata signabantur tradebanturque mutuo.
- 5 Julii. Prid. Non. Comitata soluebantur. Eodem die per nuntium certum relatum fuit, praesidiarium Rigae militem in armis esse, et Principem
- 6 Julii. Menzikoff exspectare. Ipsi Non. Jul. legio dimacharum, tertio a Mietauia lapide posita, equis infidere jubebatur, Principem Menzikoff comitatura. Princeps Dolhoruki, die eodem, Mietauiam venit.
- 7 Julii. Postrid. Non. Jul. Ministros regentes, et Comitiorum *Marschalcum* „ conuocari jubebat, adfirmans: Electionem factam Imperatricis Russicae ad sensu carere; aegre eam ferre, tutelam suam spretam esse; quodsi vel Dux Holfatus, vel Princeps Menzikoff, vel alteruter e „ Hasis Principibus, qui ambo in castris Russicis merent, electus fuisset, velle se electionem tueri; pugnatos enim singulariter, arbitros auxiliares adhibere solere.“ In summa: infausta ipsis innumera annuntiabat voluntati Imperatricis suae non respondentibus. Regerebant autem ad ista Curlandi: „ Gratiam Aulæ Russicae se quidem semper sollicitasse; tutelam vero aliam non agnoscere, quam Regis et Reipublicae Polonae, nec aliam agnoscere posse;

verum rei bellicae curatorem, Carpium, natione Cur-
landum,

posse; se, jure electionis liberae sibi competente vsos, saluo illo, " non posse se subiicere Principi violenter obtruso: non opus sibi " esse arbitris auxiliariis, siquidem pugnare nollent: iura sua ad- " modum fundata esse, et velle se ea, submisso animo, et Regi et Rei- " publicae proponere; quae si infringerentur, ipsum vicinorum " Principum commodum exigere, vt infirmioribus adsint; nun- " quam quidem se cum his quicquam pacturos esse, nisi Polonia " tutelam omnem tolleret; alioquin se conjunctos illi ad extre- " mum permansturos: ad infausta illa, sibi annuntiata, quod attine- " ret, bene sibi constare, patere regionem suam, neque se potentiae " Russorum resistere posse; causae autem iustitiam nitentes, magnum- " que ex hac praesidium habentes, neque injuriam pati, neque mi- " nis terri se velle. " Eo die Princeps Menzikoff Rigam peruenit. VII Idus Jul. Princeps Dolhoruki Rigam reuertebatur; contra Dux 9 Jul. vidua Curlandica Mietauiam adpropinquabat, quam Princeps Menzikoff inuisebat; ab ipsa vero, vt electionem probaret, neque precibus, neque promissionibus permoueri poterat. VI. Id. Princeps Menzi- 10 Jul. koff, Mietauiam veniebat, numerosa manu comitatus, et quosdam mi- litum suorum in urbem intrare iubens. V. Id. mane Comes Mauri- 11 Jul. tius ad Principem Menzikoff se conferebat, vbi hic itineris sui causam ipse patefaciebat, et Principis Dolhoruki sermones, aliquo tamen cum adfectu vehementiori, repetebat, plane adfirmans et libere: eam esse Imperatricis suae sententiam, vt Curlandici Ordines denuo " coirent, nouam electionem suscepturi. Quae autem in neminem " cadere posset, quam in se, vel Ducem Holsatum, vel alterutrum e " Principibus Hasficus, in Russia merentibus, hancque vnicam esse " aduentus sui causam. „ Cui Mauritius Comes: „ Principem Men- " zikoff ea, legibus stantibus, nequaquam effecturum; comitiis " solutis, Ordines iterum conuocari non posse: per Comitiam haec se " electum, sibi que promissum fuisse, ne alius eligi posset: frustra " igitur exspectari electionem nouam: vel, si forte haec cogere- " tur, ipsam vim jus omne ablaturam esse: aut Curlandiam in Palatinatus " diuisum iri, aut priscam regiminis formam retenturam esse; quo in " „ poste-

landum, proprio motu et consilio, Duce incscio, praefectos

„ posteriori casu se, *Comitem* Mauritium, non alium, Ducem fore. Quae rationes auribus Principis Menzikoff plane displicebant, dicentis nempe: „ ex utroque nihil futurum: Curlandiam non „ aliam tutelam, quam Rusficam quaerere posse, atque se, Principem „ Menzikoff, Ducem Curlandiae fieri oportere. “ Ad hoc instabat ille, interrogabatque *Comitem* Mauritium, „ quemadmodum se tueri „ putaret? Cui hic: infirmum se quidem agnoscere; sed futuri „ securum, quia causam ipsam se defensuram crederet. “ Post meridiem ejusdem diei, Princeps Menzikoff Supremum *Marschalcum*, Cancellarium et Nuntiorum quosdam arcesse jusfit, quibus Princeps Dolhoruki litteras Imperatricis Rusficae *credentiales* praelegebat; Princeps Menzikoff autem mentem Imperatricis coram latius explicabat, repetebatque comminationes ante factas, si forte mandatis suis contra niterentur. Curlandi in eo persistebant, mandata nulla praeter Polonica se accipere posse, quamuis Princeps Menzikoff minaretur, velle se viginti millia militum adhibere in provinciam hanc admouendorum, quibus rectius agere docerentur. Sub vesperam multis ex locis nuntii, Principem Menzikoff causam hanc vix secundum leges tractaturum, adfirmabant. *Comes* Saxonicus, in loco semel obtento, jamque plane tuendo, totus et diligens et vigilans erat; Ordo equestris cum eodem se conjungebat, cuius praeterea

12 Jul. non minus pro *Comite* sollicitis. IV. Idus Julii Princeps Menzikoff denuo, ut Comititia iterum indicerentur, urgebat, comminationes

13 Jul. praeterea, si forte repulsam ferret, addens. III. Idus Julii Rigam reuertebatur, ea contradictione post se relicta: „ nisi intra dies decem „ sibi firma et sufficiens responsio daretur, rediturum se tali cum commitatu, qui istam procurare posset. “ Princeps Dolhorucki interea Mietauiae permanebat. Dum haec agerentur in Curlandia, electio Curlandica, Varsoviae innotescens, in malam accepta fuit partem. Dux Ferdinandus Regi et Senatui Polonico, contra electionem successoris, solemnem misit contradictionem; et Rex Ordinibus Curlandicis publice ita rescripsit: „ Injusta ipsorum „ acta merito esse explodenda, siquidem contra mandatum annissi fuissent,

AB. *IA* nicht *Witten* auf *Witten*.

Comitiorum Polonicorum, Grodnae A. N. C. *CISIOCCXXVI*,
haborum, recensioem plenissimam, annotationibus Histori-
cis Geographicis et Genealogicis illustratam, per menses proximos,
edere typis constituimus; publicandi autem et cum amato-
ribus communicandi rationes exponimus sequentes.

I. Recensio ipsa Germanicam illam, quae jam prodit,
tanquam veriore ceteris pleniorque, presse sequetur.

II. Annotationes transferentur itidem in sermonem La-
tinum, quibusdam in locis auctiores.

III. Opus totum pluribus forte, quam quadraginta, pla-
gulis constabit.

IV. Interpretationis stilus vere quidem latinus adhiben-
dus ubique; ita tamen, ne, Romana puritate servata, negli-
gantur vulgata per Poloniam et publice recepta verba, qui-
bus *stilus curiae*, ut dicitur, componi consuevit.

V. Qualibet hebdomade una vel altera promittuntur
plagulae.

VI. Quarum singulae in typographia Stelteriana *binis*
Grosfis Prusicis vendentur.

VII. *Sesqui florenum* autem, seu *grosfos quadraginta quin-*
que, sub initium statim solventibus liberum erit, triginta prio-
res plagulas singulas prout prodierint, ex eadem typographia
petere.

VIII. Ex istis, ita dictis, *praenumerantibus*, nostri nomi-
na sua in *typographia Stelteriana*, per *Decembrem* mensem; ex-
teri autem in tabellaria domo, quae de portorio statuet, profi-
teri poterunt, quo mense finito *praenumeratio* amplius non
acceptabitur.

IX. Initium distributionis fiet *hebdomade proxima*. Dab.
Regiomonti Borussorum, Iphis Non. Decembr. A. N. C.
CISIOCCXXVI.

